

QUAESTIO 6

UTRUM ANGELUS POTUIT MERERI VEL DEMERERI

IN PRIMO INSTANTI

Quod non: Quia meritum et demeritum non sunt sine deliberatione; sed deliberatio necessario est in tempore; igitur etc. 5

Contra: In primo instanti habuit liberum arbitrium; igitur potuit tunc peccare.

[AD QUAESTIONEM]

Ad istam quaestionem dico quod sic; quia posita causa efficiendi et sufficienti et non impedita, potest poni effectus; sed 10 in primo instanti potuit angelus habere causam sufficientem actus meritorii et demeritorii; igitur tunc potuit mereri. Minor patet, quia in primo instanti potuit esse tam voluntas sua quam cognitio requisita ad actum meritorium; igitur etc.

[PROBATIO ASSUMPTI]

15

Assumptum probatur, quia quaero quae est cognitio requisita ad actum meritorium: aut est cognitio perfecta, aut assensus respectu principii practici, vel conclusionis practicae. Et sive sic sive sic, si talis assensus non potest esse in primo instanti, hoc est propter defectum alicuius causae necessario requisitae ad talem assensum, puta formatio propositionis; et si illa non potest 20 esse in instanti, hoc est propter defectum causae requisitae ad suum esse, quia nulla est repugnantia inter actus; et de illa causa quaerendum est quare non potest esse in primo instanti, et erit

25 processus in infinitum, vel stabitur necessario ad hoc quod causa sufficiens actus meritorii potest poni in primo instanti, et habetur propositum.

Praeterea in primo instanti possunt esse notitiae incomplexae conclusionis practicae et similiter principii; et in eodem instanti 30 potest formari propositio. Probatur, quia posita causa sufficienti etc.; sed notitiae incomplexae cum actu voluntatis quo vult formare complexum sunt causae sufficientes; et illae possunt esse in primo instanti, quia habita cognitione terminorum, potest statim voluntas velle formare complexum, et formata propositione 35 evidenti, in eodem instanti intellectus assentit sibi; igitur in primo instanti potest esse cognitio sufficiens actus meritorii; igitur etc.

Praeterea angelus in primo instanti potuit se libere conformare rectae rationi et non conformare; igitur potuit peccare. 40 Antecedens patet, quia sive recta ratio causetur a Deo solo sive naturaliter, potest fieri in instanti, et statim potest voluntas concordare cum illa ratione vel discordare.

Praeterea in primo instanti potuit diligere se. Aut igitur necessario, et tunc ad illam dilectionem causandam non concurrerent nisi causae naturales, quod falsum est, quia voluntas 45 concurret; aut libere, et tunc potuit se diligere meritorie et demeritorie, quia tunc posset se conformare praecepto divino vel non conformare, ex quo in illo instanti fuit causa libera.

Si dicis quod in primo instanti non potuit aliquid velle:

50 Contra hoc est ratio prius¹ facta de causa sufficienti; et ideo dico simpliciter quod sic.

26 poni] esse DFZ 33-34 statim om. CKXY 35 evidenti] statim add. DFZ || intellectus] voluntas G 36 cognitio] causa E 38-42 Praeterea... discordare om. F
49 aliquid om. ALM

QUAESTIO 6. – Pro hac quaestione accedit P, cuius tamen omissa propria hic non indicantur.

2 vel] et ABCG 4 sunt] fiunt DFZ 9-10 efficienti et om. CKXY 13-14 cognitio] obiecti add. P 17 aut²] sive ABG 19 sic²] potest esse in isto instanti primo quia add. DFZ

QUAESTIO 6. – ¹ Supra, lin. 9ss.

[INSTANTIAE 2]

Sed contra: tunc actus malus surrepticius et deliberatus non distinguuntur.

Praeterea actus non est imputabilis ad meritum vel demeritum nisi fiat scienter et contingenter, ita quod possit actum oppositum elicere.

Praeterea nullus obligatur ad praeceptum nisi post tempus in quo possit deliberare.

Praeterea deliberatio requisita ad actum meritorium non est de propositionibus de praesenti sed de futuro, quae deliberatio requirit tempus.

Praeterea actus meritorius requirit syllogismum practicum compositum ex propositionibus de futuro, qui syllogismus non potest esse in instanti.

Praeterea si non praecedat syllogismus practicus, actus non erit ita imputabilis sicut si praecessisset.

[AD INSTANTIAS]

Ad primum istorum dico quod actus deliberatus et surrepticius non distinguuntur in hoc quod actus surrepticius fit in instanti, actus autem deliberatus fit in tempore; sed in hoc quod actus deliberatus fit cum perfecta cognitione obiecti, actus autem surrepticius fit sine perfecta cognitione obiecti, sive fiat in tempore sive in instanti.

53 deliberatus] deliberativus CEKL 69 deliberatus] deliberativus CEKPZ 71 deliberatus] deliberativus CDEKLZ 72 deliberatus] deliberativus CDEFKLZ || fit] est ABCEGKXY 72-73 actus²... obiecti om. ALM 73 fit] est CKXY

² Cf. Chatton, *Reportatio*, II, dd. 5 et 6, q. un., art. 2 (cod. cit., f. 107ra-107rb). In tractatione huius materiae Chatton in multis cum Ockham concordat. Ad quaestionem autem respondet quod angelus in primo instanti causare potuit talem actum qui fuisset peccatum, si Deus alias leges ordinasset. Cf. Scotus, *Opus Oxon.*, II, d. 5, qq. 1-2 (ed. Vivès, XII, p. 297ss).

75 Unde pro argumentis³, dico quod deliberatio duplex est: una est perfecta investigatio alicuius dubii pro quo homo habet rationem ad utramque partem. Et talis deliberatio non potest esse in instanti, nec illa requiritur ad actum meritorium. Alia est deliberatio quae est perfecta cognitio sive assensus
80 respectu principii practici vel conclusionis. Et ista potest fieri in instanti, et ista necessario requiritur ad actum meritorium, licet non ad actum demeritorium. Nunc autem supra⁴ probatum est sufficienter quod secunda deliberatio potest esse in instanti; quia quaecumque sit causa eius, illa potest esse in instanti, et per consequens deliberatio quae est effectus eius potest esse in instanti.
85

Praeterea hoc dato habetur propositum, quia si actus dicatur surrepticius quia fit sine deliberatione temporanea, sequitur quod talis actus potest esse peccatum mortale. Puta si aliquis odit Deum in instanti in quo tenetur diligere, sine omni deliberatione, peccat mortaliter; et per consequens actus demeritorius
90 potest fieri in instanti; igitur actus ei oppositus potest esse meritorius in instanti, quia quandocumque potest demereri, et mereri. Et ideo videtur quod actus surrepticius non fit nisi circa materiam indifferentem, ubi potest homo bene agere et male,
95 sicut studere et huiusmodi. Circa autem materiam praeceptorum non consistunt forte, quia nullus excusatur per hoc quod surrepticie odit Deum quando debet diligere etc. Si enim requiratur deliberatio temporanea ad meritum et demeritum, posset homo per magnum tempus stare in actu malo sine omni peccato; sicut ali-
100 quando potest esse magnum tempus antequam habeat illam deliberationem, forte aliquando unus annus, secundum quod homo est debilis ingenii.

76 est] cum add. CKXY || investigatio] investigatione BCKXY 77 rationem] rationes BG 81-82 licet... demeritorium om. ADLMXYZ 96 consistunt] consistit CKLMXY 97 etc om. CDEFKXYZ 98 ad] actum add. BKXY || meritum] meritorium BCKXY || demeritum] demeritorium BCKXY 99 omni om. DEFZ

³ Scil., pro omnibus instantiis. ⁴ Supra, lin. 16-27.

Ad aliud ⁵ dico quod actus non est meritorius nisi fiat scienter; sed illa scientia est perfecta cognitio obiecti, quae potest esse in instanti. Similiter contingentia quae requiritur ad talem actum 105 est quod possit oppositum actum elicere pro aliquo tempore vel instanti. Sed actus demeritorius non semper fit ex scientia, sed aliquando ex ignorantia. Unde videtur quod sola notitia incomplexa vel apprehensio obiecti sufficit ad demeritum, quando homo tenetur elicere oppositum actum. 110

Ad aliud ⁶ dico quod assumptum est falsum. Immo obligatur et homo et angelus ad praeceptum, quandocumque apprehendit illud et cognoscit; nec requiritur talis deliberatio.

Ad aliud ⁷ dico pro istis duobus ⁸, quod non semper deliberatio est de propositionibus de futuro, quia de illis solum est deliberatio quae est perfecta investigatio alicuius propositionis mihi incognitae vel dubiae; sed frequenter deliberatio est de propositionibus de praesenti, et syllogismus practicus similiter; et ista deliberatio est perfecta cognitio et assensus. Exemplum: haec est deliberatio sufficiens ad actum meritorium: pro quocumque instanti cognoscitur aliquid esse Deus, summum bonum, creator omnium, pro eodem est illud amandum; sed in primo instanti potest angelus cognoscere omnia ista; igitur etc. 120

Confirmatur, quia quando cognitio in nullo est variata, si actus sibi conformatus in tempore potest esse meritorius, 125 eadem ratione actus elicited in instanti erit meritorius; sed cognitio perfecta angeli respectu obiecti practici, si eliciatur in instanti et continuetur sine aliqua variatione per tempus, tunc actus vo-

106 pro aliquo] in eodem CKXY, pro alio EG 115 de] ex BDFZ, in M 116 mihi om. CKXY 119 haec] hic AGLXY 121 aliquid] aliquis M, om. DFLZ || esse Deus] deus esse DFZ, deus est LM || creator] creatorem AE, causatorum CK 122 illud amandum] idem amandus E || in] pro DFZ 123 cognoscere om. DFZ

⁵ Supra, lin. 55-57. ⁶ Supra, lin. 58-59. ⁷ Supra, lin. 60-62. ⁸ Scil., pro instantiis, lin. 60-65.

luntatis sibi conformatus potest esse meritorius in tempore; igitur in instanti. 130

Ad aliud ⁹ dico quod actus meritorius non semper requirit syllogismum practicum, nec propositionem de futuro nec de praesenti. Et dato quod sic, dico quod quandocumque talis syllogismus componitur ex propositionibus de praesenti, talis 135 potest esse in instanti, sicut prius ¹⁰ probatum est.

Ad ultimum ¹¹ dico quod ita imputabilis potest esse sine syllogismo ex propositionibus de futuro sicut cum illo. Ideo nego assumptum.

Ad principale, patet ex dictis supra.

QUAESTIO 7

UTRUM EXISTENTIA ANGELI DISTINGUATUR AB ESSENTIA EIUS

Quod sic: Quia existentia angeli est separabilis ab essentia; igitur distinguuntur. Assumptum patet, quia essentia ali- 5 quando existit, aliquando non.

Contra: Tunc existentia esset accidens essentiae, quod falsum est.

129-130 igitur] etiam add. DFZ, et add. L 132 propositionem] de propositionibus DEFZ, proponuntur A 133 quandocumque] quantumcumque DXYZ, quandoque BE 134 praesenti] etc add. DFZ, et add. ABGLM 135 in] primo add. LM || instanti] cognitione obiecti DFZ 137 ex... futuro om. E

QUAESTIO 7. - 4 essentia] existentia ABDFMZ 6 accidens] actus ACDEFKZ

⁹ Supra, lin. 63-65. ¹⁰ Supra, lin. 117-123. ¹¹ Supra, lin. 66-67.

GUILLELMI DE OCKHAM

OPERA PHILOSOPHICA ET THEOLOGICA

AD FIDEM CODICUM MANUSCRIPTORUM EDITA

CURA

INSTITUTI FRANCISCANI

UNIVERSITATIS S. BONAVENTURAE

St. Bonaventure University

St. Bonaventure, N. Y.

1980

VENERABILIS INCEPTORIS

GUILLELMI DE OCKHAM

QUODLIBETA SEPTEM.

EDIDIT

JOSEPH C. WEY, C. S. B.

St. Bonaventure University

St. Bonaventure, N. Y.

1980

BN 2929.967-2,9

K6

C54

3005,2: